



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CXXVII. Stephanus VII. Anno Christi 929. Constantini VIII. 18. Cum  
Romano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

chio, Natali Alexandro. (1) Anno 928, sub exitum mensis Junii consecratur. Tranquillandis Romanis rebus, quas turbaverant decessores ejus, curam intendisse fertur. Sed conatus irrito. Nam in carcerem detrusus a factiosis moritur anno in sequente circa diem tertium Februarii, mense septimo, & die quinto, ex quo Pontifex esse cœperat. (2)

### ANNOTATIONES.

(1) Ciaconius addit, eum fuisse *ex familia Geminis*, qua postea *Sanguinea dicta est*

(2) Flodoardus De Romanis Pontificibus inter Scriptores Rer. Italic. tom. 3. pag. 324.

*Celsa Petri sextus Leo regmina sumens  
Mensibus haec septem servat, quinque  
diebus.*

Albertus Krantius l. 5. Metropolis c. 1.  
pag. 117. *Mirum de menstruis Pontificibus:  
non carent tempora veneni suspi-  
tione.*

### CXXVII.

## STEPHANUS VII.

ANNO CHRISTI 929.  
CONSTANTINI VIII. 18. CUM  
ROMANO.

Ste-

Bar. an.

931. §. 1.

Pag. §. 2.

**S**TEPHANUS VII. Theudemar-  
di filius, Romanus, in locum  
Leonis VI statim subrogatus est.  
Hic, ut ait Flodoardus Scriptor co-  
ævus

*Binos præfulget in annos  
Ancto mense super, bissexto ac si-  
fugato,  
nimirum annos duos, mensem unum  
dies duodecim Pontificale munus susti-  
nuit. Siquidem finem vivendi fecit  
circa diem quintum decimum mensis*

Bar. an. Martii anno 931. ejusque vita, Pla-  
931. §. 1. tina referente, mansuetudinis & re-  
Pag. §. 1. gionis plena fuit. (1)

(1) Luitprandus lib. 2. c. 13. & l. 3. c. 11.  
tom. 2. Scriptor. Rer. Italic. pag. 440. & 450.  
omisso Stephano VII. ejusque decessore Leo-  
ne VI. Joanni X. sufficit Joannem XI. Credo  
quia nulla res gesta insignem illorum Pon-  
tificatum fecerit. Utrumque tamen in Ro-  
manis Pontificibus numerat Flodoardus  
Scriptor coævus, quem modò nominavi, Her-  
mannus item Contractus apud Canarium  
tom. 3. part. 1. pag. 257. 258. & Marianus  
Scotus, ac Sigebertus apud Pistorium  
tom. 1. pag. 645. & 811.

